



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**ECCLESIASTICAE || DISCIPLINÆ || LIBRI SEX: || DE
CANONICA ET MO- || nastica Disciplina collapsa
restau- || randa, pristinoque nitori || restituenda. ||**

Schulting, Cornelius

Coloniae Agrippinae, 1599

VD16 ZV 14233

5. De Disciplina Præmonstratensium ex Statutis eorundem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63372)

CAPVT V.

Ex Statutis Premonstratensium de Disciplina inueniis lectisq; in abbacia Knechtstedenſi Dioceſeos Colo- niens.

De Disciplina Monasti- ca.

QVI per blanda verba caſtigatus non corrigi- tur, acrius neceſſe eſt vt arguatur. Cùm dolo- re enim abſcindenda ſunt, quæ leuiter ſanari non poſſunt. Semel atque iterum commonitus, ſi non emendauerint, ſciat ſe ſubijcere Diſciplinæ Mo- naſterij, ſicut oportet. Si qui verò tam duri cor- dis fuerint, vt in admonitionibus informari ne- queant: illos quidem acriorib. ſtimulis vrgeri o- portet, vt quod facere nolunt, faciant vel inuiti. Scio quam difficile ſit cor malicia induratum ad formam diſciplinæ & ſpeciem honeſtatis incur- tuare. Sed neceſſe eſt, vt materia dura, cum facile ad formandum non ſectitur, ei & acrioris flammæ incendiū & grauioris mallei diuiſio adhibeatur. Auguſtinus ad fratres in eremo. Melius eſt redar- guamini de miſericordia, quam de crudelitate in nouiſſimo die, nam piū hominem quomodo pe- riſſe legimus ignoro, ſed crudelem & impiū ſe- quenter periſſe audio. Ponite cuſtodiam ori- veſtro, & non ſolum à malis, ſed etiam à bo- nis ſilere laudabile eſt. ait enim Propheta. Sil- uerit à bonis. nam omne bonum ubiq; proferre non debemus, ſed tēpus proferendi agnoſcamus. Mul- tis exemplis vtriuſque teſtamenti rigorem & ſe- ueritatem iuſtitia miſericordia & manſuetudi- ne iubemur temperare.

EAT.